AUTHOR:

AMR IBN MATTA

TITLE:

HISTORIAE PRIMATIUM ECCLESIAE ...

PLACE:

NEUMUNSTER

DATE:

1890

Master Negative #
92-80826-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

ʿAmr ibn Mattā,
...Historiae primatium ecclesiae Nestorianorum ab ʿAmro filio Matthaei Arabice scriptae versionis specimen; scripsit Christian Harder... Neumünster, Hieronymus, 1890.
12 p. 25 cm.


At head of title: Jahres-bericht über das Progymnasium und Realprogymnasium zu Neumünster...


9905

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35MM
REDUCTION RATIO: 13X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 9-8-92
INITIALS WSE
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM




Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202


Centimeter



Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.


935.3 Am7
Columbia University
in the City of New York
LIBRARY

Jahres-Bericht

über das

Progymnasium und Realprogymnasium
zu Neumünster

womit zu der

am 28. März stattfindenden Prüfung der Schüler

ehrerbietigst einladet

der

Rektor Dr. Karl Spangenberg.

Inhalt: 1) Historiae Primatium ecclesiae Nestorianorum ab ʿAmro filio Matthaei Arabice scriptae versionis specimen. Scripsit Christian Harder.
2) Schulnachrichten. Vom Rektor.

1890. Progr. Nr. 277. Neumünster 1890 19. Jahrgang.
R. Hieronymus Buchdruckerei.

Historiae Primatium ecclesiae Nestorianorum ab ʿAmro filio Matthaei Arabice scriptae versionis specimen.

Syriacam Arabicamque in linguas cum soleam quidquid suppetat horarum subsicivarum impendere cupienti in maiore aliquo onere virium experimentum facere Georgius Hoffmann Kiliensis — quo duce et olim in hunc litterarum quasi campum inductus sum et ne nunc quidem carere me gaudeo — suasit, ut edendos mihi sumerem **Mâris** filii **Solomonis** libros, qui inscribuntur مجدل **Migdal,** utpote qui utilissimi sint ad cognoscendas cum litteras, res gestas, terrarum situm quales fuerint in oriente antiquitus, tum historiam ecclesiae Nestorianae. Subii igitur hoc negotium, cui recte administrando cum non prorsus parem me esse sentirem, non me fefellit ea quam conceperam spes: eum scilicet qui adgrediendi operis auctor extiterit, ne in absolvendo quidem mihi defuturum esse. Cuius laboris qualiscunque est specimen hoc benigno legentium iudicio propono reliqua deo iuvante temporibus non nimis abhinc remotis emissurus.

Scripsit igitur Mâres Solomonis, qui Barsuma et Ebediesu Nestorianorum patriarchis claruit ab anno 1135, Historiam Patriarcharum Nestorianorum ab Adaeo et Mâre Christi discipulis usque ad Ebediesum Barsumae successorem, qui obiit anno Christi exeunte 1147. Huius **Turris** extat liber manuscriptus in Bibliotheca Palatina Medicea, alius in Regia Parisina[1]). Postea hoc Mâris opus **ʿAmrus Matthaei** filius[2]) Tirhanae natus, qui claruit circa annum Christi 1340 — laudat enim Ebediesum Sobensem qui anno Christi 1318 obiit — in compendium redactum multisque additamentis interpolatum ad Timothei secundi praecessorem Jahballaham tertium produxit[3]). ʿAmri operis codex praeter eum, de quo infra verba faciam, extat in Bibliotheca Vaticana; cf. Ass. II p. 509 s.

Quin etiam tertia esse dicitur recensio, quam curaverit Seliba filius Johannis Mosulensis.

Editae sunt ad hunc diem selectae particulae ab Assemano in Bibliothecae Orientalis, operis illius aere perennioris, tomis secundo et tertio; qui cum in enarranda historia fundamenti instar subiecerit hoc Mâris opus, et exscripsit quaedam et laudavit plura, quae non exscripsit. Est igitur optandum, ut tandem universum edatur opus adhibitis tribus illis recensionibus additisque, si fieri possit, versione et commentariis.

[1]) Asseman. Biblioth. Oriental. III 1 p. 554 s.

[2]) Urbs episcopalis et regiuncula Assyriae trans Tigrim ad provinciam patriarchalem pertinens. Ass. l. l. III 2, 785.

[3]) Assem. l. l. p. 580 ss.

Restat ut libri illius manuscripti, cuius supra breviter mentionem feci, historiam proponam. Est autem codex inter Mss. Sachavienses No. 12 antiquissimus. Primitus in manus pervenit Siuffei Francogalli Mosuli vicarie consulis munere fungentis; cf. Diar. Asiatic. (1881) XVII p. 89, ubi brevissime de eo rettulit. A Siuffeio intercedente amico Jeremia accepit Sachavius, acceptam bibliothecae regiae Berolinensi tradidit.

Summa eorum, qui huic bibliothecae praesunt, liberalitate mihi concessum est, ut eo codice in bibliotheca Academiae Kiliensis uterer. Ubi cum vidissem, codicem maiorem esse (continet enim folia 280), quam quem per ferias describerem, roganti mihi permissum est, ut codice Neomonasterium transmisso in aedibus agrimensorum publicorum laborem absolverem. Qua in re administranda nequeo satis praedicare, quanta in me humanitate fuerit Henricus Jensen, regi a consiliis scripturarum, ut qui permiserit, ut quolibet diei tempore in ipsius domo describendi munere fungerer.

ʿAmri filii Matthaei de primatibus[1]) ecclesiae orientalis eorumque aetate liber.

Fundavit illam sedem **Mâr Mâres,** apostolus sanctissimus; primum autem instituebat doctrina christiana Râdânitas[2]), dein summo studio summaque cura Madâinitas[3]), quippe qui essent maxima ex parte Magi, ad dicionem autem pertinerent Persarum, tum Dorkenitas[4])

[1]) Quattuor nominibus ornabantur Seleuciae et Ctesiphontis antistites:

1. In actis martyrum Orientalium (nonnullos locos laudat Assem. Bibl. Or. T. I 865 s.) et apud veteres scriptores **Episcopi Seleuciae et Ctesiphontis** mentio fit.
2. Apud Sozom. Histor. Eccles. II. 9 appellatur **Archiepiscopus.**
3. Apud Cosmam Indicopleusten (ed. Montefalcon. in Nov. Collect. Patr. II. 125) haec leguntur: (Abbas s. Patricius) *ἐκ θείας χάριτος ἐπὶ τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀρχιερατικοὺς θρόνους ἀνήχθη τῆς ὅλης Περσίδος, καθολικὸς ἐπίσκοπος αὐτόθι κατασταθείς* (Assem. III 2, 406). Hic titulus cum alibi tum in Amri libro saepissime invenitur; nec raro adiungitur **Metropolita Magnus.**
4. Denique Gregor. Barhebr. Chron. Ecclesiast. (edd. Abbeloos et Lamy) II 26: „Permiserunt episcopi occidentales episcopis orientalibus, ut, cum eorum antistes obiisset, ipsi electum episcopum consecrarent, quin hic pergere deberet Antiochiam, et systaticum (quod refert Assem. III 1, 51 ss.) de hac re scripserunt, ut scilicet **Metropolita Magnus** (v. supra) orientis ut catholicus, immo ut patriarcha proclamaretur.“ Alios testes affert Assem. III 2, 520.

[2]) Râdân رادان urbs episcopalis Babyloniae cf. Ass. II 459.

[3]) Al-Madâin (i. e. „urbes“ v. Tabari, Geschichte der Perser und Araber z. Zeit der Sasaniden übs. v. Th. Nöldeke, p. 16 not. 1) arabice dicebantur Seleucia et Ctesiphon adeo coniunctae, ut urbs una viderentur esse, quippe quae fluminis Tigris tantummodo intercursu dirimerentur; derivatum est nomen e Syrorum ܐܪܫܟܝܬܐ ܡܕܝܢܬܐ **mdinâthâ arskîjâthâ** i. e. civitates Arsaciae (v. Mommsen, röm. Gesch. V 341). Seleuciae apud ecclesiam Cochensem habitabant a primo Christi saeculo usque ad octavum, quo Bagdad ab Almansore Chalipha est conditum. Assem. III 2, 628.

[4]) Dorkena (Arabi ديرقونى et دورقنى) coenobium Maris **Badranae** in vico iuxta Seleuciam sito. Assem. III 2, 22 et 741.

et Cascarenses[1]); et his quidem praefecit principem episcoporum, qui in illis regionibus erant, custodem sedis patriarchalis. Denique se contulit ad convertendos eos, qui incolunt Babyloniam, Susianam, Jemanam, Gesiram, Arabiam alchîm[2]), Negranam, insulas maris Jemanae et oceani Indici; nec destitit omnibus in his regionibus versari et ea quoque loca, quibus Mâr Adaeus fidem annuntiaverat, invisere. Edocebat, baptizabat, exstruebat ecclesias, morbos sanabat, edebat miracula et prodigia, ita ut plurimi inducti sanctitate apostoli fidem christianam amplecterentur. Gesta haec sunt temporibus Aphraatis regis Babyloniae Neronis imperatoris Romanorum.

Conversis autem illis populis Madâinum reversus usque ad vitae exitum ibi habitavit, sedem patriarchalem condidit, conditam stabilivit praecipiens, ne Catholicus patriarcha orientalis ecclesiae ordinaretur nisi Madâini ad finem usque saeculorum. Se ipse ordinavit vestitus pallio albo.

Initium cepit gubernatio huius apostoli anno 360 aerae Seleucidarum[3]) (i. e. p. Chr. 49); decessit e vita anno trigesimo post mortem Mâr Adaei die sexto hebdomadis secundae aestatis, die XIX mensis Tamuz (i. e. Quinctilis) a. 393 Sel. (p. Chr. 82).[4])

Cum in ipso mortis articulo esset, edixit, ut qui succederet, quaereretur Hierosolymis; sepultus est ad dextram altaris in maiore Dorcenae ecclesia. Vacabat tum sedes per septem annos.

Abres (ابرس Persica est vox significans **adminiculum**) senex forma pulchra, statura procera, ut voluptatibus ita omnino rebus ad hanc vitam pertinentibus abstinebat.

Erat de gente Ebraeorum, ex familia Josephi, coniugis Mariae; ordinatus autem est a Symeone, filio Kleophae, presbytero ecclesiae Hierosolymitanae, eo qui successerat Jacobo, filio Josephi, fratri Domini. Hoc autem factum est ideo quia Christiani orientales Mâre mortuo miserant, qui primatem ab illo electum quaererent. Symeone filio Cleophae, quem Mâres designasset, nescio consensu omnium qui aderant fideles per tres dies Domino supplicabant, ut quem gubernatorem orientalis ecclesiae esse vellet demonstraret. Finitis precibus die tertio tres viri probitate ac gravitate insignes eodem tempore per somnium eundem viderunt hominem, qui quidem: „Deus“ inquit „vestras preces exaudivit et hoc respondet, se suae ecclesiae ducem virum praeclarum elegisse habitantem in monte, nomine Abrem“.

[1]) Cascara ܟܫܟܪ كَشْكَر, urbs Babyloniae, cuius in territorio Vaseta condita. Abulfeda: Vasetae fundamenta Hagâg inter Cupham et Basram in territorio Cascarae anno Hegirae 84 (p. Chr. 703) iecit; perfecitque anno 86 (p. Chr. 705). Ass. III 2, 735.

[2]) Ass. II 395 „Arabia Scenitica“; qua de causa sic verterit, non video; nec invenio quicquam de al-Chîm الخيم. Fortasse legendum est „Al-Hîra“ الحيرة, qua de regione cf. Assem. III 2, 756.

[3]) ܣܘܪܓܕܐ ܡܐ ܕܒ; aliae quoque notae inveniuntur chronologicae sine dubio ut فى سرجاد ܡܕܒܪܐ vel ܕܫܢܬܐ ܘܗ̈ܘ حصة دايرة السنة كانت vel فى نوبة ܕܒܥܠܬܐ vel ܕܣܘܓܐܐ الدايرة من السنة وحصة vel والحصة ܠܣܘܪܓܕܐ: Hac de re nihil habeo quod dicam nisi illa denotare videri cyclum a Metone constitutum, qui *ἐννεακαιδεκαετηρίς* vocatur. G. Hoffmann hoc mecum communicat „**Surgâdâ** ist *στίχος* zeile, reihe; vgl. P. Schmith s. v. Im ʿAmr ist ܣܘܪܓܕܐ ܕܣܗܪܐ = جَدْوَل القمر; den 19jährigen Mondcyclus brauchte man zur Osterrechnung, cf. Ideler, Chronol. II, 192“.

[4]) Idem Barhebr. II 19.

Cum unusquisque eorum, quid vidisset, narraret, nemo erat, qui aut montem illum aut virum cognosset. Tum iterum iisdem proxima nocte ille homo visus: „Cras tempore precationis aderit is quem petivistis“. Quod revera factum est. Invocantibus enim proximo die deum supervenit homo aliqui. Quem cum conspexissent nomine exquisito intellexerunt, quam vera somnium illud indicasset. Dextram igitur amplexus eius cum certior factus esset illum ne uno quidem honore ecclesiastico functum esse, Symeon ille filius Cleophae omnibus honoribus uno tempore eum affecit et biruna[1]) viridi vestitum designavit episcopum; designatum misit ad gubernandam ecclesiam orientalem anno 401 aerae Seleucidarum temporibus imperatoris Traiani.

Erat quieti ac benigni animi; nemo paupertate vexabatur, quem ille non adiuvaret, nemo fame laborabat, quem non satiaret, nemo erat nudus, quem non velaret vestitu, nemo tristis, quem non solaretur, nemo denique aegrotus, pro quo non vitam suam periculis obiceret. Idem neque ira umquam flagrabat neque voces impias emittebat, immo flendo et orando hominum mores corrigere studebat. Itaque homines dicto ei audientes erant.

Episcopos et metropolitas non constituebat nisi accurate examinata scientia eorum et pietate. Cum praefuisset ecclesiae per septendecim annos[2]) mortuus est anno 418; sepultus est Madâini. Vacabat autem sedes episcopalis Seleuciae et Ctesiphontis per viginti duos annos.

Abrahamus, cognatione Jacobum fratrem Domini attingens, vir praestanti singularique natura, eximia eruditione atque doctrina ornatus, quamvis aetate provectus tamen in omnibus rebus impigrum strenuum acrem se praebebat. Qui cum primum Antiochiae, tum Cascari versatus esset, designatus a Spiritu Sancto a clero orientali patriarcha creatus et purpurea biruna indutus est anno 441 aerae Seleucidarum temporibus imperatoris Romanorum Antonini.

Postquam paucos annos ecclesiae orientali praefuit, rex Persarum magna crudelitate in Christianos grassari coepit. Ille vero incusans neque deum neque hominem quemquam supplicavit deo, ut ex hac tempestate fideles eriperet. Et exaudivit has preces Christus. Nam cum filius regis Persarum a diabolo diu vexatus et saepe huc illuc iactatus a magis, quamvis magna pecunia promissa, sanari non posset, apud regem a ministris Abrahami archiepiscopi mentio facta est. Quem etsi rex et laboribus in gubernandis rebus Christianorum et senio ad satietatem usque vitae confectum esse audiverat, tamen ubi pallorem faciei et maciem corporis vidit, ita commotus est, ut de sede regia exsiliret. Dein cum vidisset promissos patriarchae capillos prominentesque ungues, roganti quid sibi ista vellent senex: „Haec“ inquit „ira effecit, qua rex in servum suum exarsit.“ „Ego vero“ inquit rex „te tuumque gregem summo gaudio afficiam, si

---

[1]) Quaenam vestis sit **biruna** (ܒܝܪܘܢܐ بيرون) non satis constare videtur Assemano docenti esse **vestem pontificiam** (B. O. II 424), **mitram** (ib. 459 not.), **pallium** (III 1, 344b), **cidarim opere phrygio ornatam** (III 2, 666), qua fratres minores caput tegant, dum e sacrario ad altare pergant, Liturgiam celebraturi (ib 683). Itaque Abbeloos et Lamy ad Greg. Barhebr. II 356 recurrunt ad archiepiscopum Chaldaeum diversas vocis „biruna“ significationes hisce verbis exponentem: 1) Biruna, usitata ferme apud omnes orientales, est **chlamys** pretiosissima antiquitus summis ecclesiarum praesulibus propter praeclarum facinus concessa. 2) Vocatur indumentum exterius perlongum et amplum personam totam cooperiens ad modum fere togae senatoriae aut purpurae cardinalitiae“. — Duas quae restant significationes nostro iure, cum procul dubio huc non pertineant, omittimus.

[2]) Barhebr. l. l. „sedecim annos“.

filium a diabolo liberaveris; neque enim tibi neque aliis qui tecum fidem Christianam confitentur, eripietur quicquam. Tibi hos iam permittimus.“

Tum pater ille sanctissimus progressus ubi cruce frontem pueri signavit: „O diabole“ inquit „spurcissime, nomine te Christi iubeo hunc puerum relinquere neque umquam redire. Expellit te verbum dei traditum in evangeliis, quod est Dominus noster Jesus Christus“. Reliquit autem Satanas puerum procellae modo eiulans timore Christi et ministrorum eius. Tum rex filio sanato summopere delectatus edixit omnibus regulis, ut ne quis Christianos vexaret premeretve.

Illud autem omnibus viribus enixus est, ne quoad viverent a vera fide Christiani declinarent. Imperio ecclesiae orientalis per 22 annos administrato mortuus est anno 463 (Sel.) et sepultus est Madâini. Secutum est interregnum annorum undeviginti.

Jacobus filius Abrahami senex, sed forma insigni et paene iuvenili praeditus e gente Josephi, omnium penes quos erat electio consensu creatus quamquam deprecans patriarchae munus: „Ego“ inquit „qui ne brutarum quidem bestiarum gregem pascere sciam, qui potero hunc gregem pascere participem rationis“ tamen institutus et biruna naphthea (نفطى) indutus est anno aerae Seleuc. 483. Insignia autem ecclesiastica et tituli omnes uno tempore ad eum delata sunt. Ut autem ipse moribus erat integerrimis — numquam enim ieiunio et precibus studere desinebat — ne episcopum quidem ullum instituebat, nisi qui et ipse quoque integris esset moribus et antequam institueretur, totum annum servasset. Itaque sedens inter episcopos praefulgebat haud aliter atque sol inter stellas. Ceterum illius aetate res Christianorum aliquanto meliore in statu esse coeperunt. Tum erat Porphyrius philosophus[1]), qui evangelium impugnavit, et Galenus medicus[2]), qui anno quinto, postquam Commodus imperium inierat, mortuus est, et res Persarum auctae sunt. Ardasir autem urbem condidit eamque ex suo nomine nominavit.

Hic primas, postquam septendecim annos et menses paucos ecclesiam orientalem rexit, mortuus est anno 501 (Sel.) et sepultus est Madâini. Episcopo carebant Christiani per quattuordecim annos.

Ahâdâbûes (i. e. frater patris sui sc. quod erat patris simillimus) Hierosolymita, iam grandis natu hunc in modum electus est: Jacobus paulo antequam mortuus est, duos e discipulis suis Câmjesum et Ahâdâbûem Antiochiam mitti iusserat, ubi alteruter ex iis archiepiscopus ordinaretur, non ille ignorans regem Persarum veniam ordinandi non esse daturum. Jacobo mortuo dicto audientes duo illi discipuli Antiochiam profecti sunt. Quo cum pervenissent, adversarii quidam coram rege calumnias adversus eos struebant: esse illos speculatores, patriarcham autem Antiochensem et pridem cum rege Persarum per litteras egisse de Christianis, qui essent dicionis regis Romanorum, et tunc ipsum fuisse daturum ad eum litteras, nisi veritus esset, ne in manus regis inciderent. Quo audito rex Romanorum patriarcham et duos illos advenas in vincula conici iussit; sunt autem Câmjesus et hospes eius et vincti et una cum patriarcha nudi apud portam ecclesiae apostolorum cruci affixi. At vero Ahâdâbûes Hierosolyma effugit. Postquam novus Antiochiae patriarcha electus est, quattuor, qui tum erant, patriarchae (sc. Alexandriae, Antiochiae, Constantinopolis, Romae) consentientes edixerunt, ne quis umquam

---

[1]) Vixit centum post annis. Christ, Griech. Litteraturg. p. 610.

[2]) Natus est circiter a. 131, mortuus non multo post a. 201; Commodus anno p. Chr. n. 180 iniit imperium.

Antiochiam vel ad aliam sedem patriarchalem ordinatum veniret; contra metropolitae episcopi presbyteri fideles convenirent, qui idoneus esse videretur, eligerent, in ecclesia Madâinensi ordinarent.[1])

Ahâdâbûes, cum Hierosolyma pervenisset, a Matthaeo, pastore gregis Hierosolymitani, in ecclesia resurrectionis biruna indutus naphthea ordinatus et Madâinum missus est temporibus imperatoris Alexandri a. 516 (Sel.). Adventu eius Christiani summa laetitia affecti sunt; praefuit autem per annos quindecim perbene ecclesiae orientali. Mortuus est a. 531 et sepultus Madâini. Carebat per tres annos ecclesia archiepiscopo.

Sachlûpha senex et summis animi virtutibus praeditus et profunda eruditione ornatus erat; omnia dicta sua factave ad ecclesiae salutem prudentissime dirigebat, ita ut praeter omnes illorum temporum homines floreret. Idem et sacrae scripturae et commentariorum eam illustrantium peritissimus erat atque doctissime et acutissime contra Judaeos et Magos disputavit; benignissimum se praebuit in gregem suum. Iam cum episcopus esset, animos omnium sibi benignitate atque humanitate devinciebat; in eodem illis quoque temporibus exstabat atque eminebat mira quaedam aedificandi ecclesias cupiditas, prospiciendi miseris, recognoscendi scholas, examinandi studia discipulorum.

Electus est archiepiscopus a. 530 (Sel.) aetate Ardasiri regis Persarum et Gordiani imperatoris Romanorum; biruna viridi indutus et ordinatus est in ecclesia Madâinensi. Gregi domini praefuit praeclarissime, res ecclesiasticas optime administravit. Huius archiepiscopi aetate quae fuerant regna minora sublata et in unum coniuncta sunt ab Ardasiro; Ignatius[2]) discipulus Joannis evangelistae, qui angulos vidit duobus choris modulantes eandemque cantandi rationem instituit in ecclesia Antiochensi. Paulus anachoreta tum in deserto Aegyptiaco inclaruit.

Sachlûpha, cum viginti annos ecclesiae praefuisset, mortuus est anno quarto regni Saporis filii Ardasiri a. 555 et sepultus est in ecclesia Madâinensi. Carebat ecclesia pastore annos duos.

Pâpas (فافابن حجى i. e. filius Hagaei) Babylonius Iracensis Persicae et Syriacae linguarum peritus, adulescens electus, senex mortuus est. Fulva (مسنى) biruna indutus Madâini electus est a. 558 temporibus Saporis regis Persarum et imperatoris اوغانيوس(?). Illius aetate mortui sunt novem principes de familia regis Romanorum et septem reges Persarum: Sapor, quem supra commemoravi, Hormisda eius filius, Bahram I, Bahram II, Bahram Sâh-sâh, Narses, Hormisda filius Narsis[3]). Quo mortuo successit Sapor Dû'l aktâf (ولقب بذوى الاكتاف i. e. vir humerorum[4])

[1]) Sequitur Epistula quae mihi quidem spuria videtur; sed quidquid id est, cum prorsus nihil ad cognoscendam historiam ecclesiae orientalis conferat, in his spatii angustiis satius esse duxi eam omittere.

[2]) Constat Ignatium martyrem centum quinquaginta et amplius annis Sachlûpha priorem fuisse. Cf. Assem. II 397.

[3]) De his regibus Persarum cf. Tabari, übs. v. Nöldeke p. 42 ss. et tabulam Sassanid. ib. p. 435.

[4]) Cf. Pape Lex. ling. graec. s. μασχαλίζω eigentl. an der Achsel aufhängen; den Leichnam eines Gemordeten zerstückeln, verstümmeln und ihm die abgeschnittenen Glieder unter die Achseln legen, was man that, um die That gewissermaſsen zu sühnen. De rege Sapore cf. Tabari übs. v. Nöld. p. 52 ss. et nott.

dictus ita, quod si quem regem hostium ceperat, humeros ei abscidere solebat. Quanta vero crudelitate quantoque studio et ipse et alii Persae tum eos, qui fidem Christianam profitebantur, persecuti sint, dici vix potest. Quae foris a Sapore sint gesta breviter nunc narrabo. Exercitu enim coacto Abyssiniorum terram invasit et multis victoriis reportatis oppida vicos aedificia vel diripienda vel comburenda militibus dedit, homines vel necavit vel in exilium abduxit; qua ab expeditione reversus „el gundi“ (الجندى i. e. bellicosus) cognomen traxit. Occidentem deinde versus in Romanorum imperium expeditiones fecit; Antiochia cum multos episcopos secum in Persas duxit tum patriarcham Demetrium. Quos postquam captivos in Susianam abduxit, condidit urbem Gundêsapur (جنديسابور).[1]) Ibi Pâpas Demetrium adiit utque pro se patriarchatum susciperet, petivit. Quod facere Demetrius veritus est. Hortanti dein, ut eis saltem praeesset, quibuscum captus et in exilium abductus esset, ille: „Non facere licet“ inquit „quae fieri vetuit Spiritus Sanctus, cum archiepiscopatus tuus, non meus sit“. Denique cum oraret Pâpas, ut ille sineret se metropolitam fieri Gundesaporis urbis, permisit. Nec non praefectus est omnibus metropolitis occidentalibus et rebus ecclesiasticis provinciae Jemanae. Denique illius esse voluit Pâpas, eum qui esset electus patriarcha, ordinare, quae quidem consuetudo usque ad nostra tempora observata est. Temporibus illius patriarchae in terris quae erant dicionis Romanorum exstiterunt Mâni et Arius Alexandrinus et alii haeretici. Eadem aetate erant Mâr Jacobus metropolita Nisibenus, qui multa miracula et prodigia edebat, Mâr Ephraemius vir doctissimus, Gregorius Thaumaturgos, Mâr Eugenius, senex prae ceteris pius. Et hic quidem cum ex terris Coptorum i. e. ex deserto Aegypti ad montem Nisibenum se contulisset, monasterium ex eo monte nominatum condidit, quo brevi multi monachi concurrerunt. In illo monasterio diem supremum obiit.

Dicitur in actis concilii Nicaeensis Pâpas cum episcopis suis concilio adfuisse; quod procul dubio falsum est. Nam cum senio iam confectus esset, misit Symeonem Barsabâe et Sâhdostum, qui officio archiepiscopi fungerentur. Tunc primum annales historiae ecclesiasticae scribi coepti sunt. Mortuus est, postquam praefuit ecclesiae orientalium 79 annos, anno duodevicesimo regis Saporis i. e. a 637 (Sel.) et sepultus est Madâini.

Symeon Barsabâe i. e. filius tinctorum, Susanus, Pâpae archidiaconus, vir et temperantia et ingenii sollertia et pietate inter omnes excellens. Eum invitum Pâpas anno sexto Saporis, cum magna interesset contentio inter Pâpam et episcopos orientales ecclesiae, vicaria potestate affecerat et promiserat, post mortem suam illum in archiepiscopatu successurum esse. Quod defuncto Pâpa a 637 (Sel.) factum est.

Illius primatis temporibus crudelissime Sapor Christianos illas regiones incolentes persecutus est. Ac primum quidem archiepiscopum cruciatibus maioribus quam qui describi possint, ut magorum fidem amplecteretur, cogere studuit. Quod cum efficere non posset, magnopere operam dedit, ut Christianos Madâinum et Spanirum incolentes ad eam, quam ipse profitebatur, fidem traduceret. Cum ne hi quidem regi dicto audientes essent, ecclesias dirui Sapor iussit. Quibus rebus cognitis primas gregem convocatum ita cohortatus est: „In rebus his durissimis, filioli unice dilecti, nolite animo deficere, memores tormentorum prophetis et apostolis illatorum, quorum alii aliis necati sunt suppliciis. Meminisse enim vos oportet, quam saepe quam multa

[1]) Ubi et quomodo sit condita haec urbs narrat Tabari p. 40 ss. De nomine nonnulla affert Nöldeke ib p. 41. not. 2.

Deus noster effecerit per homines quamvis infirmos atque debiles, ut patientia et amore filii sui Jesu Christi, hominis miserrimi forma induti, cunctos mortales tyrannide saevissima peccatorum liberaret. Etiam vestra debilitate, mi filioli, magnas res efficiet; vos quoque amore complectitur firmabitque vos, ut a tyranno crudelissime vos vexante victoriam reportetis. Proin mittite curas. Ubi haec tristitiae et miseriae tempora praeterierint, adfulgebunt dies quietis et laetitiae — certo enim fore hoc scio — restituentur ecclesiae nunc dirutae, praeclarissime. Quod si non restituerentur, ne tum quidem causa esset, cur tristi animo essetis. Manet enim una ecclesia non ab hominibus, non Madâini vel Spaniri vel Cochis extructa sed in Hierosolymis caelestibus. Nunc abiturus sum in regnum divinum inscius quid hic sit futurum. Petite igitur a deo, ut vos adiuvet, induite loricam fidei et confessionis, ita ut terroribus belli iam orti non perturbemini. Sicut pater filios suos admonet, ita ego vos admoneo; mihi igitur velut patri obsequimini. Servate mandata Christi, olim ut digni sitis qui piorum sedem ac locum obtineatis, eius scilicet, qui tanta caritate atque amore vos complexus tenet, ut vitam pro nostra salute profunderet. Ea quoque, quae ego vobis imperavi, faciatis velim et uti coepistis pergatis: credere esse deum unum aeternum natura triplici; item personas tres Patris Filii Spiritus Sancti esse aeternas. Atque haec ita esse credentes ne dubitetis, summa mala, quin etiam acerbissimos mortis cruciatus perfere, quae si pertulerimus ob confessionem Christi, eidem cum Christo futuri sumus in locis caelestibus. Haec autem vobis mando, quod certo scio vos iterum non iam mea ora esse visuros. Namque interficiar propter fidem Christianam; gaudeo autem, quod dignus iudicor, qui patiar pro doctrina Domini nostri Christi; qui sit mecum et vobiscum in aeternum!" Quibus auditis qui aderant lamentari magna voce coeperunt, quod ille qui tam vigilanter ac diligenter, tam sapienter patris instar res ecclesiasticas gubernasset, sibi excedendum esse humanis rebus dixisset. Flentes ut solaretur, tristes ut confirmaret vir ille sanctissimus operam navabat: cum adsunt nuntii a Sapore missi, qui episcopum raperent et ad regem adducerent.

Adductum cum propius accedere et ad suum latus assidere iussisset, rex: „Dic, quaeso" inquit „utrum eos deos, quos ego colo, et ipse sis culturus necne. Quodsi hac in re mecum consenseris te amicum et patrem appellabo." Ad haec homo fidei tenacissimus paucis: „Si invenirem „inquit" inter membra mei corporis, quod ab amore Christi defecturum esset, avellerem et abicerem. Ac ne mortem quidem, qualiscunque est, timeo; proinde noli petere, quod numquam impetrabis". Tum rex iratus et primatem ipsum in vincula conici iussit et centum tres episcopos presbyteros diaconos. Quo facto sexaginta milia hominum Christianorum coacta cum iussisset die per Christi mortem sacrata ad hippodromum urbis Carchledani convenire, commovere conatus est, ut deserto cultu Christiano religioni Magorum se addicerent; quod si fecissent, promisit se omnia quae peterent esse concessurum. Quibus verbis cum ne unius quidem fides labefacta esset, terga eorum virgis caedi iussit. Qua re tantum afuit, ut Christianorum animi perturbarentur et fides concuteretur, ut et Symeon magis suos inflammaret ad occumbendam pro fide Christiana mortem gloriosam et Christiani negarent se umquam sive laetissimis condicionibus invitantibus sive teterrimis cruciatibus impendentibus desituros esse doctrinam Christi amplecti. Jam vero rex et verbis Symeonis et constantia Christianorum exacerbatus iussit eos securi percuti. Quibus ad unum omnibus necatis Symeon, ubi: „Maximas tibi ago" inquit „grates, Deus maxime, quod non infamiam in me redundare passus es mobilitate et levitate meorum filiorum" ipse postremus fidenti ac laeto animo mortem oppetivit. Necatorum cum Magi corpora cremari cuperent,

Deus misit procellam tanta illa arenae copia tegentem, ut fieret collis altissimus; quo e colle multitudo florum et colore et odore praenitentium progerminant.[1]) Etiam nunc adeunt eum Christiani illas regiones incolentes. Dicuntur autem ibidem miracula multa esse facta.

Anno exeunte Sapor Bâgarmae (با جرمى) Carchsuluci (كرخ سلوخ), Arbelae, Mosuli, Ninivae, Margi (المرج), aliis locis multos iussit Christianos interfici, qui dicuntur fuisse ad 180 milia. Eodem anno pro re Christiana mortua est Dahna (دخنا) virgo, filia regis Susianae. In domo enim regia sedens, famula ornatrice pectente, vidit animas martyrum a patre interfectorum velut candelas in caelum ascendentes. Timore et misericordia commota celerrime de sede prosiluit per gradus decurrit, specie ne cognosceretur mutata se intulit medios in Christianos, denique non cognoscentibus carnificibus cum ceteris martyribus interfecta est. Ubi vero adfuit cenae tempus, virgine ubique frustra petita cum famula quid accidisset, narrasset, concurrerunt ad illum locum et invenerunt Dachnae caput abscissum inter capita martyrum. Quae res aucta verbis famulae multa affingentis Christianorum animos recreavit, ut aequo animo tormenta acerrima perferrent.

Ita obiit Symeon Barsabâe pro confessione Christiana mortem egregiam a. 655, postquam annos duodeviginti praefuit ecclesiae Seleuciae et Ctesiphontis. Carebat, cum omnes timore Saporis essent perterriti, ecclesia episcopo per tres annos.

Sâhdost (i. e. amicus regis) Susianus, archidiaconus Symeonis, Bâgarmae vitam egit. Cum, qui sedi episcopali praeesset, per tres annos non inveniretur neque esset, qui se suamquae vitam Christo condonaret, Sâhdostus, sancto quodam ardore flagrans petivit, ut eligeretur, a. 659 (Sel.) Indutus viridi biruna est ordinatus in domo cuiusdam Christiani, cum ecclesiae Madâinenses a Sapore essent dirutae. Sed duobus annis postquam munere archiepiscopi fungi coeperat, multis in eum calumniis editis in vincula est coniectus. Tribus autem diebus ante per quietem Sâhdosto visa est imago Symeonis Barsabâe stantis in scala, quae coelum contingebat. Symeon autem: „Noli" inquit „dubitare ascendere, cum equidem heri ascenderim, te autem cras ascensurum esse fixum destinatumque sit". Una cum Sâhdosto plurimi episcopi presbyteri diaconi monachi in vincula coniecti sunt. Ipse autem primas per quinque menses taeterrimis affectus cruciatibus — cui utinam Deus requietem tribuat aeternam — Carchledani, ubi et ipse Symeon erat necatus, mense Adar (i. e. Martio) anni 661 postquam munere archiepiscopi per duos annos et quinque menses functus est, pro fide Christiana vitam profudit. Secutum est interregnum trium annorum.

Barbasminus (بربعشمين i. e. cui sunt quattuor nomina[2]) filius sororis Symeonis summa religione et quasi ascetarum modo deum colebat; quo factum est, ut archiepiscopus eligeretur. Ordinatus autem est indutus biruna crocea, cum omnium animi metu Saporis essent perterriti, secreto in domo Christiani cuiusdam anno 665. Qui ubi per septem annos Sapore inscio rebus ecclesiasticis praefuit, apud regem Persarum accusatus in vincula coniectus est et una cum sedecim presbyteris diaconisque, undecim menses summis cruciatibus atque tormentis vexatus et ipse martyrium subiit et socii eodem loco quo Symeon et Sahdostus erant occisi.

Quo primate **Kardâgus**[3]) (قرداغ) regulus illarum regionum, quae inde a Bethgarma ad

[1]) وقد ينبت على تلك الاكمة انواع الرياحين الطيبة الاراتيم G. Hoffmann, ex quo quid haec verba sibi velle putaret quaesivi, hoc mecum communicat: „الاراتينج (so lese ich) scheint arâtînag (plur. fract. von **ratînag,** Paine Smith 933 = **râtînag)** sein zu sollen. **Ratinag** ist persisch aus *ῥητίνη,* insbesondere vom Fichtenharze, Colophon gebraucht: also „allerlei wohlriechende harzduftende Kräuter".

[2]) Etymologia sine dubio falsa; est enim **baal semêm** i. e. **dominus solis.**

[3]) V. sis H. Feige, die Geschichte des Mâr ʿAbhdîsôʾ und seines Jüngers Mâr Qardâgh. Herausgegeben u. übersetzt. Kiel 1889.

Nisibin sitae sunt, ex gentilium erroribus ad Christianam fidem conversus lapidibus necatus est eodem quo Stephanus modo anno Saporis undequinquagesimo. — Aedificata sunt monasteria **Jonae** in Iraca, **Kamulae** in Gesira et **Zarnuchae**. Floruerunt denique Beatus[1]) **Cyprianus**, metropolita Africae, Mar Saliba et Barsaba episcopus, homines sanctissimi, quorum hic tribus diebus postquam erat mortuus a Deo in vitam restitutus quindecim annos dicitur produxisse vitam.

Barbasmino martyre mortuo sedes primate carebat 31 annos usque ad mortem Saporis regnantis septuaginta duos annos.

Tomarsa. Barbasmino occiso cum vetiti essent Christiani patriarcham eligere, Sapore quidem vivo nemo audebat imperium regis spernere. Succedente autem regi illi crudelissimo filio Bahramo[2]) Tomarsa metropolita Bethgarmae senex et qui per totum vitae cursum eximia quadam pietate fuisset, purpurea indutus biruna Madâini anno Graecorum 703 ordinatus est. Quem etsi Magi omni vexationum genere deterrere studebant, numquam tamen desiit administrare orientalem ecclesiam, episcopos hic illic instituere, adire provincias, ecclesias vel aedificare vel reficere adiuvante servo Bochtisu.

Per octo annos et aliquot menses munere archiepiscopi functus Tomarsa obiit anno nono Bahrami regis anno 721 Graecorum et sepultus est Madâini. Vacabat sedes per unum annum et sex menses.

Cajuma. Defuncto Tomarsa aliquamdiu vacabat sedes omnium animis persecutionum timore perterritis neque quoquam audente pro administranda ecclesia confirmandaque fide Christiana vitae periculum facere. Tum Caiuma homo aetate admodum provectus corporeque perquam debili apud patres fidelesque congregatos surrexit et: „Non" inquit „decet unumquemque nostrum suae salutis ratione duci, ecclesiam autem duce carere. Quod ad munus tenendum cum adhuc se obtulerit nemo, gaudeo, quod hac tempestate pro Christi ecclesia vitam profundere mihi licet; vere enim melius moriar in amore eius quam vivam in hoc mundo. Creatus statim et Madâini patriarcha ordinatus est anno 715.

Ecclesiae ille rebus praefuit, quantum quidem per vires senectute debilitatas licebat, quoad Jesdegerdes, cognomine **al asîm**, imperium suscepit. Hunc inter regem imperatoremque Romanum Arcadium legationes commeabant, donec inter utrumque pax perfecta est. Quo facto Caiuma convocatis et metropolitis et episcopis et magna parte fidelium ingressus: „Scitis" inquit „filioli, parum idoneum me esse, qui patriarcha vester sim et propter virium debilitatem et propter vitiorum magnitudinem. Tamen obtuli vitam veritus ne collabasceret haec ecclesia et esse desineret. Nunc autem Christus Dominus noster qua est clementia respexit nos pacemque fecit nostris precibus commotus inter duos illos imperatores. Quo facto vos decet patriarcham eligere eum qui efficiat, ut potentissimae huic sedi suus locus contingat. Tum in fletus erumpere qui aderant et clamare: „Tu pro ecclesia diebus angoris te derovisti cur nunc nos destiturus es?" Instanti tamen concesserunt mandaveruntque ut rem conficeret.

Elegit igitur Isaacum propinquum Tomarsae, electum suo pallio vestivit patriarchamque ordinavit praesentibus metropolitis et episcopis. Rebus autem ecclesiasticis eum praefecit ita adlocutus: „Quoniam Dominus ecclesiae Suae requietem donavit persecutionis et angustiarum, rectorem quoque decet omnibus viribus negotia arripere vereque altius se tollere rem Christianam".

Mortuus est Kaiuma, postquam praefuit ecclesiae orientali quattuor annos anno 719, qui est tertius annus regis Jesdegerdis.

[1]) Teuffel, Röm. Litteraturgesch. [4] p. 896 not 3.
[2]) Regn. 388—399.

Schulnachrichten.

I. Allgemeine Lehrverfassung der Schule.

1. Die einzelnen Lehrgegenstände und die für jeden derselben bestimmte Stundenzahl.

Obligatorischer Unterricht:	Vorschule			Sa.	Gemeins. Kl.			Gymn.-Kl.			Realgymn.-Kl.				Sa.
Klasse:	3.	2.	1.		VI.	V.	IV.	III. 2.	III. 1.	II. 2.u.1.	III. 2.	III. 1.	II. 2.	II. 1.	
Normaljahr des Schulbesuchs:	1.	2.	3.		4.	5.	6.	7.	8.	9bzw.10	7.	8.	9.	10.	
Christl. Religionslehre	1 u. 2/2		1u. 2/2	4	3	2	2	2		2	2		2		15
Deutsch	4	6	8	18	3	2	2	2		2	3		3		17
Anschauungsunterricht	2		—	2	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—
Latein	—	—	—	—	9	9	9	9		8	6		5		55
Griechisch	—	—	—	—	—	—	—	7	7	7	—	—	—	—	21
Französisch	—	—	—	—	—	4	5	2		2	4		4		21
Englisch	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	4	4	3		11
Geschichte und Geographie	—	—	2/2	1	3	3	4	3		3	4		3		23
Rechnen und Mathematik	4	4	5	13	4	4	4	3	3	4	5	5	5		37
Naturbeschreibung	—	—	—	—	2	2	2	2		—	2		2	—	12
Physik	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	—	—	3		5
Chemie	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	—	2	2
Schreiben	3 u. 2/2		4	8	2	2	—	—	—	—	—	—	—	—	4
Zeichnen	—	—	—	—	2	2	2	—	—	—	2		2		10
Singen	2/2		2/2	2	2	2	2	2		2	2		2		5*)
Turnen	2/2		2/2	2	2	2	2	2		2	2		2		8**)
Sa.	18	20	22	50	32	34	34	34	34	34	36	36	36	36	246
Fakultativer Unterricht:															
Hebräisch										2					2
Englisch										2					2
Zeichnen								2		2					2***)
Gesamtsumme der erteilten Lehrstunden:	in der Vorschule:			50	im Progymn. und Realprogymn:										252†)

*) VI und V waren im Singen vereinigt; für die übrigen Schüler waren 3 Stunden angesetzt, 1 für Tenor und Baß, 1 für Sopran, 1 für den Gesamt-Chor.

**) Im Turnen waren vereinigt: VI und V, G III und R III, G II und R II.

***) G III und II waren im Zeichnen vereinigt.

†) Im Winter nur 250, da die beiden Sekunden in der Religion vereinigt waren.

Verteilung des Unterrichts während des Sommer-Halbjahrs 1889.

Nr.	Lehrer	Ord. von	Progymnasium II. 1. u. 2.	Progymnasium III. 1.	Progymnasium III. 2.	Progymnasium IV.	Progymnasium V.	Progymnasium VI.	Realprogymnasium II. 1. 2.	Realprogymnasium III. 1.	Realprogymnasium III. 2.	Vorschule 1.	Vorschule 2.	Vorschule 3.	Sa.
1.	Dr. Spangenberg, Rektor.	G. II.	2 Relig. 2 Dtsch. 6 Latein						2 Relig. 3 Deutsch						15.
2.	Zschech, 1. Oberlehrer.	R. II.	2 Verg. 3 Gesch. u. Geogr.						5 Latein 3 Englisch 3 Gesch. u. Geogr.	2 Geschichte	4 Engl.				22.
3.	Dr. Ortmann, 2. Oberlehrer.	R. III.	2 Franz. 2 Engl.				4 Franz.		4 Franz.	4 Engl. 3 Deutsch 4 Französisch					23.
4.	Dr. Korndörfer, 1. ord. Lehrer.		4 Math.	3 Math.		2 Gesch. 2 Geogr.			5 Math.	2 Geographie	5 Math.				23.
5.	Dr. Kirmis, 2. ord. Lehrer.		2 Physik	2 Naturkunde	3 Math	2 Math. 2 Natk.			2 Chem. | 2 Natk. 3 Physik	5 Math. 2 Naturkunde					25.
6.	Dr. Schnoor, 3. ord. Lehrer.	G. III.	7 Griech	7 Latein 7 Griech 3 Gesch. u. Geogr.											24.
7.	Dr. Prien, 4. ord. Lehrer.	IV.		2 Ovid. 2 Deutsch	7 Griech	2 Dtsch. 9 Latein		2 Geogr							24.
8.	Dr. Harder, 5. ord. Lehrer.	V.	2 Hebr.				2 Relig. 9 Latein 2 Dtsch. 1 Gesch.			2 Religion 6 Latein					24.
9.	Dr. Fuhrmann, 6. ord. Lehrer.	VI.		2 Religion 2 Französisch		5 Franz.		3 Relig. 3 Dtsch. 9 Latein 1 Gesch.							25.
10.	Junius, Elementar- und technischer Lehrer.		3 Singen zus. mit R. II. u. R. III. 2 Turnen zus. mit R. II.	2 Turnen zus. mit R. III.		2 Relig. 2 Rechn.	2 Geogr. 2 Natk. 2 Singen	2 Natk. 4 Rechn.						4 Rech.	27.
11.	Brandt, Zeichenlehrer.		2 Zeichnen fakult.			2 Zeichn.	2 Zeichn.	2 Zeichn.	2 Zeichn.	2 Zeichnen					12.
12.	Raue, 1. Vorschullehrer.	1. Vorschulkl.				2 Turn.	2 Schr. 2 Turnen	2 Schr.				3 Rel. 3 Lesen 4 Schr. 2 Heim.	5 Schreiben 4 Rech.		29.
13.	Rottgardt, 2. Vorschullehrer.	2. u. 3 Vorschulkl.					4 Rechn.					5 Dtsch. 5 Rech.	3 Religion 6 Dtsch. 2 Anschauungs.	4 Dtsch.	29.

Verteilung des Unterrichts während des Winter-Halbjahrs 1889—90.

Nr.	Lehrer	Ord. von	Progymnasium II. 1. u. 2.	Progymnasium III. 1.	Progymnasium III. 2.	Progymnasium IV.	Progymnasium V.	Progymnasium VI.	Realprogymnasium II. 1. 2.	Realprogymnasium III. 1.	Realprogymnasium III. 2.	Vorschule 1.	Vorschule 2.	Vorschule 3.	Sa.
1.	Dr. Spangenberg, Rektor.	G. II.	2 Rel. (zus. mit R. II.) 2 Dtsch. 6 Latein.			2 Relig.			2 Relig. (zus. mit G. II.) 3 Deutsch						15.
2.	Zschech, 1. Oberlehrer.	R. II.	2 Vergil. 3 Gesch. u. Geogr.						5 Latein 3 Englisch 3 Gesch. u. Geogr.	2 Geschichte	4 Engl.				22.
3.	Dr. Ortmann, 2. Oberlehrer.	R. III.	2 Franz. 2 Engl.				4 Franz.		4 Franz.	3 Deutsch 4 Französisch 4 Engl.					23.
4.	Dr. Korndörfer, 1. ord. Lehrer.		4 Math.	3 Math.		2 Gesch. 2 Geogr.			5 Math.	2 Geographie	5 Math.				23.
5.	Dr. Kirmis, 2. ord. Lehrer.		2 Physik	2 Naturkunde	3 Math	2 Math. 2 Natk.			2 Chem. | 2 Natk. 3 Physik	5 Math. 2 Naturkunde					25.
6.	Dr. Schnoor, 3. ord. Lehrer.	G. III.	7 Griech	7 Latein 3 Gesch. u. Geogr. 7 Griech											24.
7.	Dr. Prien, 4. ord. Lehrer.	IV.		2 Ovid. 2 Deutsch	7 Griech.	2 Dtsch. 9 Latein		2 Geogr							24.
8.	Dr. Harder, 5. ord. Lehrer.	V.	2 Hebr.				2 Relig. 9 Latein 2 Dtsch. 1 Gesch.			2 Religion 6 Latein					24.
9.	Dr. Fuhrmann, 6. ord. Lehrer.	VI.		2 Religion 2 Französisch		5 Franz.		3 Relig. 3 Dtsch. 9 Latein 1 Gesch.							25.
10.	Vacat. Vertreter Iwers.					2 Rechn. 2 Turn.	2 Geogr. 4 Rechn. 2 Natk. 2 Turnen	2 Natk. 4 Rechn.					4 Rech.		24.
11.	Brandt, Zeichenlehrer.		2 Zeichnen fakult.			2 Zeichn.	2 Zeichn.	2 Zeichn.	2 Zeichn.	2 Zeichnen					12.
12.	Raue, 1. Vorschullehrer.	1. Vorschulkl.	3 Singen zus. mit R. II. u. R. III. 2 Turnen zus. mit R. II.	2 Turnen zus. mit R. III.			2 Singen 2 Schr.	2 Schr.				3 Rel. 4 Schr. 2 Heim.	5 Schreiben 2 Anschauungs.		29.
13.	Rottgardt, 2. Vorschullehrer.	2. u. 3 Vorschulkl.										8 Dtsch. 5 Rech.	6 Dtsch. 3 Religion	4 Dtsch. 4 Rech.	30.

3. Übersicht über die durchgenommenen Lehraufgaben.

Gymnasial-Sekunda.

Ordinarius: **Der Rektor**.

Religion. 2 St. Schulz-Klix, Biblisches Lesebuch. S.: Alttestamentliche Geschichte und Bibelkunde. W.: Neutestamentliche Geschichte und Bibelkunde. Kirchengeschichte. Wiederholung des Katechismus, der Kirchenlieder, des Kirchenjahrs, der Perikopen.
Dr. Spangenberg.

Deutsch. 2 St. S.: Gudrun. Schillers Gedichte. W.: Hermann und Dorothea. Minna von Barnhelm. Auswahl aus den prosaischen Schriften Schillers. Einführung in die Litteraturgeschichte. Ausgewählte Kapitel der Grammatik und Metrik. Dispositionslehre.
Dr. Spangenberg.

Aufsätze: S.: 1. Propheten sieht man leicht verhöhnt im eignen Lande, selten gekrönt. 2. Charakterbild Hannibals, nach Livius. 3. Die politischen Parteien in Karthago vor dem Ausbruche des zweiten punischen Krieges. 4. (Klassenaufsatz.) Die Gleichnisse des dreizehnten Kapitels des Matthäusevangeliums.

W.: 1. Das Lob des Waldes. 2. Freie Übersetzung des 20. und 21. Kapitels von Sallusts Katilinarischem Kriege. 3. Welche Anschauung erhalten wir von dem Orte der Handlung in Goethes „Hermann und Dorothea", und wie erhalten wir sie? 4. Meer und Wüste. 5. Wohlthätig ist des Feuers Macht. 6. (Klassenaufsatz.) Minna von Barnhelm, ein nationales Drama.

Abiturientenarbeit.

Wie giebt uns Goethe in „Hermann und Dorothea" einen Begriff von der Schönheit der Dorothea?

Latein. 8 St. Ellendt-Seyffert, Lat. Gramm. Süpfle, Lat. Stilübungen II. S.: 3 St., W.: 2 St. Grammatik zu Ende, Wiederholungen, mündliche und schriftliche Übersetzungen. Wöchentlich 1 Arbeit, je 2 Exercitien auf 1 Extemporale. — Prosalektüre: S.: 3 St. Liv. XXII. W.: 4 St. Sallust d. coni. Cat., Cicero in Cat. I und Cato major d. sen.
Dr. Spangenberg.

Vergil 2 St. Aeneis I—III.
Zschech.

Griechisch. 7 St. Koch, Griech. Gramm.; Seyffert, Übungsbuch; Gottschick, Vokabularium. 2 St. Grammatik: Kasuslehre. Wiederholung der Formen- und Moduslehre. Mündliche und schriftliche Übersetzungen aus Seyffert. Exercitien und Extemporalien alle 14 Tage abwechselnd. — 3 St. Prosalektüre: S.: Xenophons Anabasis 6 und 7. W.: Herodot V, 103—126; VI, 1—21; 26—31; 42—49; 94—120. Lysias orat. VII. Hellen. 5 und 6 in Auswahl.

2 St. Homer. Odyssee I—XII mit Auswahl. I, 1—10; IV, 795—841 gelernt.
Dr. Schnoor.

Hebräisch. (fak.) 2 St. Hollenberg, Hebr. Schulbuch. Formenlehre (Verbum und Nomen). Mündliches und schriftliches Übersetzen.
Dr. Harder.

Französisch. 2 St. Plötz, Kurzgefaßte Gramm; Ders., Übungsbuch II. Augustiny, Memorierstoffe. Grammatik 1 St. Tempus- und Moduslehre. Inf., Part., Adj., Personalpronomen. Lektüre 1 St. Dumas, Histoire de Napoléon I[er]. Exercitien und Extemporalien alle 14 Tage abwechselnd. Auswendiglernen von Gedichten.
Dr Ortmann.

Englisch. (fak.) 2 St. Schmidt, Elementarbuch. Laut- und Formenlehre. Das Wichtigste aus der Syntax im Anschluß an die Lektüre. Gelesen: Dickens, A Christmas Carol u. Sheridan, The School for Scandal. Alle 14 Tage ein Exercitium.
Dr. Ortmann.

Geschichte. 2 St. Herbst, Historisches Hilfsbuch. S.: Griechische Geschichte. W.: bis 476 n. Chr.
Zschech.

Geographie. 1 St. v. Seydlitz, Kleine Schulgeographie. Die außereurop. Erdteile.
Zschech.

Mathematik. 4 St. Kambly, Planimetrie; Ders., Trigonometrie; Bardey, Aufgaben.

II 2. Planimetrie: 2 St. S.: Planimetrie zu Ende. W.: Wiederholung der Planimetrie und algebraischen Geometrie. — Algebra 2 St. S.: Gleichungen mit zwei und mehr Unbekannten. W.: Quadratische Gleichungen, Potenzen, Wurzeln.

II 1. Die gleiche Lehraufgabe; dazu Trigonometrie, quadratische Gleichungen mit zwei Unbekannten, Logarithmen und Reihen Wöchentlich abwechselnd Exercitium und Extemporale.
Dr. Korndörfer.

Abiturientenarbeit:

1. $5x^3 - 21x^2 - 21x + 5 = 0$.
2. Jemand soll bezahlen 1234 M. sofort, 2345 M. nach 3 Jahren, 3456 M. nach 4 Jahren und 4567 M. nach 7 Jahren. Wann kann er die ganze Summe auf einmal bezahlen bei $4\frac{1}{2}$ % zusammengesetztem Rabatt?
3. Es ist ein Kreis gegeben und 2 Punkte a und b außerhalb desselben. Man soll auf demselben einen dritten Punkt c finden, daß ac und bc sich verhalten wie 3 zu 5.
4. Man kennt in einem Dreieck eine Seite 12,34 cm, die zugehörige Höhe 8,76 cm und den gegenüberliegenden Winkel 65° 48′ 48″. Man sucht die übrigen Stücke des Dreiecks.

Physik u. Chemie. Jochmann, Grundriß. S.: Allgemeine Einleitung. Magnetismus. Grundzüge der Optik. W.: Chemie.
Dr. Kirmis.

Real-Sekunda.

Ordinarius: Oberlehrer **Zschech**.

Religion. 2 St. Schulz-Klix, Biblisches Lesebuch. S.: Alttestamentliche Geschichte und Bibelkunde. W.: zusammen mit Gymnasial-Sekunda.
Dr. Spangenberg.

Deutsch. 3 St. S.: Nibelungenlied. Schillers größere Gedichte. W.: Minna von Barnhelm. Maria Stuart. Götz von Berlichingen. Metrik. Dispositionslehre. Ausgewählte Kapitel der Syntax. Deklamationen.
Dr. Spangenberg.

Aufsätze: S.: 1. Ein Prophet gilt nichts in seinem Vaterlande. 2. Welche Bedeutung für den Fortgang des Nibelungenliedes hat die Episode vom Sachsenkriege? 3. Welche Umstände lassen uns den Tod Siegfrieds um so tragischer erscheinen? 4. (Klassenarbeit.) Siegfried, ein echt deutscher Held.

W.: 1. Das Lob des Waldes. 2. Was erfahren wir im ersten Akte von „Minna von Barnhelm" über Tellheim? 3. Was haben wir nach der Lektüre des ersten Aktes von „Maria Stuart" für Maria zu fürchten und zu hoffen? 4. Meer und Wüste. 5. Wohlthätig ist des Feuers Macht. 6. (Klassenaufsatz.) Minna von Barnhelm, ein nationales Drama.

Abiturientenarbeit.

Aufsatz: Der Major von Tellheim, ein echter Edelmann.

Latein. 5 St. Ellendt-Seyffert. Lat. Grammatik; Beck, Lat. Übungsbuch. S.: Konjunktiv, Indikativ, Infinitiv. W.: Partizip, Gerund., Supin. Wiederholungen. Exercitien und Extemporalien abwechselnd alle 14 Tage. Gelesen: S.: Caesar, B. Gall. VII. Ovid Met. I, 89—348. — W.: Caesar, B. Civ. III, 88—112; Liv. XXI; Ovid. Met. I, 349—415; II, 1—332 und Fast. I 1—26; 709—22. II 83—118. und Trist. I 3. 1—202.
Zschech.

Französisch. 4 St. Plötz, Kurzgefaßte Grammatik. Plötz, Übungsbuch. Augustiny, Memorierstoffe. — Grammatik 2 St. S.: Kasus und Präpositionen; Tempus- und Moduslehre (§§ 82—94). W.: Infinitiv und Partizip; Adjektiv; Personalpronomen (§§ 95—100, 105, 109). Jede Woche eine schriftliche Arbeit, jede dritte ein Extemporale. — Gelesen 2 St. S.: Barrau, Scènes de la révolution française W.: Dumas, Kean u. Scribe, La calomnie. Auswendiglernen von Gedichten. Sprechübungen.
Dr. Ortmann.

Englisch. 3 St. Sonnenburg, Engl. Übungsbuch. Grammatik § 1—12. Jede Woche eine schriftliche Arbeit, jede dritte ein Extemporale. Gelesen: S.: Mahon, Prince Charles Stuart. W.: Scott, Kenilworth; Moore, Paradise and the Peri. Zscheck.

Geschichte. 2 St. Herbst, Histor. Hülfsbuch. S.: Griechische Geschichte. W.: Deutsche Geschichte. Zscheck.

Geographie. 1 St. v. Seydlitz, Kleine Schulgeographie. Außereurop. Erdteile. Zscheck.

